



2/10/11  
~~GA 17~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

VI-61.

SIGNAT. c1515CCCXIII.

34

PIOS CINERES  
BEATE DEFUNCTI,

V I R I

PRÆCLARISSIMI, ERUDITISSIMI, JUXTA Aq̄  
MEDIOCRITER EXPERTI

DN. JOH. GOBII

HUNGARI,

SS. Theologiæ primùm, deinde ve-  
rò Medicinæ Cultoris solertissimi, Inclytæ Univer-  
sitatis VVittebergensis Ministri Publici  
meritissimi &c.

*h. III. 3022*

Cùm is, ingravescente, quo cum  
conflictabatur, morbô, Die Calend. Novembris,  
qui omnibus Sanctis sacer est, ex hâc ærumnosâ  
valle, ad Sanctos Omnium Sanctorum Coetus, inter gemitus  
& suspiria, beatè atq; placidè: An. clc lcc LXXIX.  
emigrasset,

*Die pòst, 4. Novemb. honorificè sepultus:*

decenter & piè  
prosequuntur,

A C A D E M I Æ

PRIMORES, PATRES, FAUTORES,  
AMICI ET POPULARES.

Wittenb. Typis Joh. Borckardi, Acad. Typog. Excud. Simon Lieberhart.



24

PIOS CINERES  
BEATE DEBNOTI

OR. C. ARSINI, ERUPTIVAM, JUKTA  
MAGNIFICENTIA

DM. JOH. GORII

22. Theologiae peritum, deinde  
to. Theologiae, et deinde  
sunt. Theologiae, et deinde  
Theologiae, et deinde


Cum is, intractante, pro cum  
confidabatur, modo, in Caelo, Novam  
qui omnibus sanctis facti, et de  
vile, ad sanctos, et deinde  
& solus, deinde, et deinde

Discipuli, a Novam, deinde, et deinde

A C A D E M I A  
PRIMORUM PATRES, PATRES,  
AMICIS POPULARIBUS

et deinde, et deinde, et deinde





Ulm Pax IMPERIO post bella cru-  
 enta furentis  
 Martis donata est, Numine pro-  
 pitiô,

Dicturiq; DEO grates & munera laudum  
 Ex merito fuimus ritè, jubente DUCE,  
 Gobius æternas transmigrat \* PACIS ad ædes,  
 Atq; triumphantes nunc agit ipse choros,  
 Et solvit DOMINO laudes & jubila, victis  
 Peccatô, Infernô, Dæmone, Morte, Cruce.

\* pridie Dom. XX. p. Trin. quæ Festo Eucharistico  
 pro Pace restituta Imperio Rom. dicata erat.

*Amoris erga piè defunctum, Academiæ Witteberg:  
 Officialem, & Sympathias ergò*

CONRADUS VICTOR SCHNEIDERUS,  
 D. Prof. P. Seronif. Elect: Med: h. t.  
 Rector Academ:

**R**incipiô finem meliorem Salomo tradit  
 Et nunquam fallens Regula sacra docet.  
 Ancipiti bellô meliores nonne triumphî?  
 Post fluctûs portum navita lassus avet.

A 2

Miles

Miles erat GOBIUS pugnabat perpes in armis,  
Pro bello huic requiem clausula fausta tulit.  
Fluctibus assiduis mundi vexatus adivit  
Optatum portum, in sine celeusma canit.

ABRAHAM CALOVIUS, D.

---

Post varios morbos, discrimina, fata, labores,  
Molliter in gremio terra GOBII ossa recum-  
bunt,

Et dulcem captant requiem sub cespite molli;  
Post simul angores, tentamina, spemq, metumq,  
In gremio JESU GOBII mens ipsa reclinat,  
Et vivum captat solamen in aethere puro.  
Felicem sortem! Requiem! Lenimina grata!  
Qua nemo rapiet, nemo turbabit, Et anget,  
Donec in extremo perituri tempore mundi  
Conjunctum menti corpus sine sine beata  
Regna colat, socum Superis regnabit in aevum.

JOHANNES MEISNERUS, D.

---

Tempus adest, ser opem bene docte Machaonis arte,  
Nunc patriæ, GOBI, nam perit illa luc.

At

At patriæ graviora meæ sunt vultnera, quam quæ  
Vel Medici valeat docta levare manus.  
Afflictis igitur Medicorum, summe Magister,  
Hungariæ fatis coelitus adfer opem!  
Cum tamen haut liceat patrios spectare penates,  
Dulce solum Patriæ terq; quaterq; vale!  
Saxonis interea præbeto terra sepulcrum:  
Haut alibi est requies tutior ulla mihi.

JOH. ANDR. QVENSTEDT, D.

---

*V*ita hæc servitium, libertas optima Mors est!  
Liber ut existam, quid juvat? Ecce Mori,  
Servimus veteri per tempora quælibet Adæ,  
Nec libertatis jura tenere licet,  
Servitium durum peccati, dum juga dura  
Nobis imponit, libera cuncta premit.  
Et servire facit Satana nos Lapsus Adami;  
O libertatis magna ruina bonæ!  
Hocce malum quoque servitium dat vincula mortis,  
Fertur ab hac vitæ libera nulla dies.  
Semina per vitæ datur hæc servilis imago,  
Nec nisi per vitæ stamina rupta cadit,  
Optima libertas Mors est, servilia tollens  
Vincula, restituens libera jura DEI.  
Quæ mala peccati, quæ sunt mala Demonis atri,  
Hæc pia Mors penitus tollit amore DEI.  
Ergo juvat morier bene, non male vivere mundo!  
GOBIUS hinc Vitæ prætulit Ipse necem.  
Servit Ipse Viris Magnis, & servit amplis  
Muneribus semper Civibus Ipse suis.

*Exulibus pius Hospes erat, nunquam Domus Ejus  
Exulibus caruit, quæ bona cuncta dedit.  
Exul & ipse fuit terris, communia fecit  
Exulibus miseris, quæ WITEBERGA dedit,  
Christus in Exulibus divertit ad Hospitis hujus  
Tecta: modo Patria nunc bona cuncta refert.  
Usq; fruare bonus Patria, SANCTISSIME GOBI,  
Servitium hoc perit, Liber a cuncta manent!*

*In Honorem Beatè Defuncti*

*ſ.*

JOHANNES Dauschmann/D.

*Ad hoc*

JULIICÆSARIS SCALIGERI

Epidorp. Lib. II. f. 129.

Mortem ne opta:

*Optare, malum est omnibus, ultimum dierum,  
Præstò est: Ubi jam venerit, illum abire velles.*

**D**A die Natur den Tod / der schrecklich ist / so scheuet /  
So wütsche dir den nicht / er kömmt doch unerfreuet /  
Und wann er mit dem Spieß umb dein Tod-Bette steht  
So fällt die Hoffnung weg / daß er / ohn dich / weg geht.  
Den Tod nicht zubegehren weiß auch ein kluger Heide;  
Diß / und zugleich den Tod begehren / ja diese Beide  
Hat unser GobiUS von jugend auff gewußt /  
Drumb war das sterben ihm die gröste Kunst und Lust;

Et



Er starb auf Christi Blute / und seine theure Wunden /  
Jetzt hat Er diesen Ort / wo kein Tod herrscht / gefunden :  
Bedenck diß / Wanderhmann / und fürchte stets den Tod /  
Ja fürcht ihn nicht / so hatß / wann du stirbst / keine Noth,

machts in Eil

Der löbl. Hungarischen Nation zu Troste / und  
dem Selig-Verstorbenem zu stetem  
Andencken

**Joachim Nerger / Schlesierr D.**

Professor Pandect. Publ. und im Fürstl Sächsl.  
Land-Gerichte des Mara-Gravhumbß  
Niederlausig Assessor.

**Q**Vod alma tellus educat sinu suo,  
Perit subinde, pristinaque; originis  
Repetit suæ massam, nec amplius est super,  
Sed coelitus donata Mens, terræ suum  
Corpus relinqvens, cogitat coelum, petit  
Coelum, paratque; proximam ad coelum viam.  
Hæc Mens beato **G O B I O** semper fuit,  
Nunc coeli habet desiderata gaudia.

*Ultimo honori beatè defuncti*

*scrib.*

**VVERNER THEOD. MARTINI, D.**

**F**ata suæ afflictæ Patriæ mutata videre  
Votis anhelis **G O B I U S** petit **D E U M**,

**Non**

Non tamen obtinuit. Meliorem namq; benignus  
Patriam dedit DEUS paratam in æthere.  
Hanc colit æternum felix! Sed, posse videre  
Cives relictos Patriæ florem, precor.

*Condolentia testanda  
scribeb.*

D. GODOFREDUS Strauß / P.P.

---

**O**mnis urna manet! non est, qui spicula Mortis  
Declinet. Xerxes sit licet ipse potens:  
Non Augustinos, Baldos non illa veretur,  
Artem Galeni ridet iniqua dea.  
Lex æterna manet: *Concessum vivere nulli  
Æternum: Sorshæc Corde ferenda piò.*

MICHAEL SENNERTUS, D.

---

**V**ita quid? haud vita est, umbra est fugientis imago,  
Mors quid? non mors est, vera sed janua vita.  
GOBIUS ex umbra vitæ per limina mortis  
Transiit ad vitam, cælò sine fine manentem.  
CHRISTE, brevi fieri consortem fac, precor, hujus,  
Gaudia quæ tecum nunquam peritura capeffam,  
Et fruor aternâ cœlesti in lumine vitâ!

JOHANNES Strauch / D.

---

**L**eucoreis GOBIUS benè multùm vixit Athenis  
Et tenuem sortem spe meliore tulit.  
Optabat patriæ florentem cernere vultum:  
Fit compos voti civis in arce poli.


BALTHASAR Stolberg / Prof. Publ.  
Colleg. Philosoph. h. t. DECANUS.  
Officiis

**O**fficiis *gratus*, nulli *Pietate secundus*  
Celsa, GOBI, subito scandis ad astra Poli.  
Hancce Tibi merito fortunam Academia nostra  
Gratatur, *meriti* nam memor ipsa tui.

*scr. mlq.*

ANDR. SENNERTUS, P.P.

Academ. Sen.



**S**i sanctis operis possemus Regna mereri  
Coelica, certe etiam pra multis GOBIUS ista  
Ex merito caperet. Multis praestantior ipse  
Hic *Pietate, Fide, Probitate, Deiq; Timore,*  
*Mente manuq;* fuit prae largâ in rebus egentes,  
Officiiq; sui *promptus fidusq; minister:*  
*Exulibusq;* lubens CHRISTI dedit hospita recta,  
Qvos mirè fovit, qvos pane refecit amicò.  
Verùm hæc *sincera Fidei documenta* fuerunt,  
*Hujus & intuitu caeli capit aurea tempe,*  
*Unica* quæ nobis dat CHRISTI *Gratiagratis:*  
Quæqve mihi assiduis conferri supplico votis.

CONSTANTINUS Siegra, D.P.P.



**D**ecretum est: hominum non amplius esto Minister  
GOBIUS, ast soli serviet ipse DEO.  
Pannoniæ Exulibus multis inserviit annis:  
Incola nunc Coeli Numen amore colit,

*Deprop.*

G. C. KIRCHMAJERUS.

B

Fidum

**F**idum solertemq; Academia nostra ministrum  
In **GOBIO** amisit, nec sine ciye dolet.  
Cum Mens in coelo jam gaudeat, opto, quietem  
Exuviis placidam det bona mater, humus!

**MICHAEL Strauch/**


Mathem. P. P.



**C**um fasti Festum Sanctorum ex orbe referrent  
Ducto Novembribus Calendis omnium,  
**GOBIUS**, è terris divino ex ordine migrans,  
Placidâ solutus morte, scandit Aethera,  
Adscribendus ibi veris in foedere Sanctis.  
Beatus, istis qui sodalis iungitur!


**MICHAEL VVALTHERUS,**

P. P.



**Q**uisquis es, huc veniens gressu properante,  
viator,  
Ne prius hâc transi, quàm, precor, ista legas:  
Germanâ Virtute, Fide, Probitate, DEUMq;  
Sincerè reverens Hungarus hâc situs est.

**CHRISTIANUS Röhrensee/ P. P.**



**S**cilicet hoc vulnus dispersis defuit unum  
Exulibus, tanto Te caruisse viro.

Auxisti

Auxisti magnam gemebundam mortem dolorem,  
Quem tuus in cunctos imminuebat amor.  
Quum verò placuit Domino Te demere, plures  
Ille Tuae fidei suscitet, opto, viros!

CHRISTIANUS DONATI, P.P.

**I**ncola sidereæ gemmis fulgentior aulae,  
Mens, satiata malis, nunc satianda bonis,  
Innumeros numerosa victrix pietate triumphos,  
Dum canitur numeris nomen in orbe tuum.

*Ita de aeternitate gratulari pie defuncto  
voluit*

THEODORUS DASSOVIUS, P.P.

**T**urba ministrorum Christo sat multa, sed unq,  
Qui Dominum sequitur, vix imitator adest:  
Fidus erat Christo GOBIUS, pietate coruscus,  
Et Domini constans hic imitator erat.  
Prepositisq; sibi justum solvebat honorem,  
Expresit factis verba sacra DEI.  
Sicq; cibo pastus caelesti corde fideli  
Ingreditur letus dulce salutis iter.


B 2

Excipit

*Excipit hunc blandâ Salvator voce ministrum,  
Ducit in aeterni regna beata Patris.*

*In honorem ultimum beatè & placidè in Jesu suo  
denati Gobii apposuit*

M. JOHANNES FABRICIUS,  
Ecclesiae Wittebergensis Archidiaconus.



*Non moriar, sed vivam.*

**V**ita mihi Christus, Mors appage! cedite morbi!  
Ut moriar me Vis cogere nulla potest.

Vivus adhuc olim factus sum mortuus Orbi,  
Nunc vivo moriens, Optime Christe, Tibi.

Ipsa mihi mors est aeterna Janua Vitae;

Sic quicumq; optas vivere: Disce mori.

*Affectum supra seias, contestaturus  
scr:*

MATTHIAS CHRISTOPHORUS



**H**ic miser exul eras, nunc dives es incola caeli:  
Ute Servus DOMINI, munia Regis habes.

*Ita luctum, ex amici sui integerrimi & multo  
charissimi obitu, nimis maturo, conce-  
ptum, solari volebat*


M. JOHANNES HELVICUS WILLEMER,  
Moeni-Francof: Facult: Philosoph: Ad-  
junctus.

*Etia*

**H**ENGOBIUS cecidit nostra pars lecta Corona,  
Qui gravis exilii dulce levamen erat.  
Excepit miseros languentes sorte nocivâ;  
Hinc viget illorum corde sepultus amor.  
Exiliò pulsos gremiò qui fovit amico,  
Numinis in gremio suaviter usq; cubat.

Hoc debitum suo quondam intimo & sincerissimo Fautori sincerò affectu tribuit post fata testimonium

M. PAULUS PLATANI, Hungarus.



Joannes Gobius, Totpronensis Hungarus.

per áváyegua:

Non nugor. Sonent. Gajus eras hospitibus.

**N**on nugor, nec ficta cano, prolixa daturus  
Puncta Tuæ meritæ laudis, amate Gobi.

Hæc Pietas, & sancta Fides, & prona Voluntas  
Virtutesq; Tuæ poscere jure queunt.

Sed laudes alii referant meliore Camœnâ,  
Dignas, quæ Mundi clima per omne sonent.

Hæc tantum in præsens liceat mihi condere paucis,  
Supremi officii mœstaq; signa dare.

Cogito dum largam mentem pro Dogmate Christi  
Pulsis Exulibus de Patria exhibitam,

Utq; Tuæ fuerint quasi diversoria nota  
Ædes, quæis fotti sunt piò Amore Tuò,

Tum Gajum memini, Fratrum qui providus hospes  
Credentum in Sacro Codice (†) laude chuit,

B 3


Et

(†) III. Job. vers. 5. sqq. Rom. XVI, 23. Gajus hospes Pauli & totius tum temporis Ecclesiæ celebratur.

Et dico, ponens hæc veræ nomina Laudis:  
*Hospitibus Christi Gajus amicus eras!*

*Hoc supremi Honoris documentum gratò  
animò dedit*

GEORGIUS Weicker / Neosolio - Hung.  
SS. Theol. Studiosus.



**T**Empus erat, *divos* celebrat quo Julius omnes  
Martinum *largum* Gregorianus amat:

ALMæ TeVtoniæ VeniVnt qVo gaVDia paCIs,  
Sole sequente piè hæc Saxonis ora canit:

Ad turmas remeat *sanctorum* GOBIUS, Agni  
In quorum seriem sanguine scriptus erat.

*Munificus* plures potuq; ciboq; refecit;  
In Mensa Domini percipit ille dapes.

*Pacis* amans fuerat, fruitur sine fine beatâ  
Pace, DEI constans cultor, in arce poli.

Ergò Viri clari meritò pullata corona  
Hungariæ gentis funera moesta rigat.

Gobius est rarus lapis, hunc nec continet omnis,  
Quovè magis rarus gratior esse solet.

Tempora sunt extrema, vago frigescit in orbe,  
Est Christus vates, officiosus amor.

Ast Noster perpes complebat jura favoris,

Vivens & moriens { Exule } cinctus erat.  
                                      { Paupere }

Manibus inde piis Exul Pauperq; Beati,

Dicito supremum voce gemente vale,

Parce tamen nimio mens perturbata dolori,

Non omnes Gobios abstulit una dies,

Vivit



Vivit adhuc priscae fidei cordis q̄ve Paterni  
Numen, quod novit mille juvare viis.  
Pascere dum cessat Thesbiten corvus Eliam,  
A vidua modice pascitur ille cibo.  
Mox pastus viduam nutrit divinus alumnus:  
*Patronum* pauper saepius *Exul* alit.  
Providus ergo virum similem praecuret ocellus;  
*Josua* succedat par pietate *Mosi*!

*Affectum,*

*Quo complectebatur vivum, erga defun-*  
*ctum testabatur Pullata Musa*

GEORGI MICHAELIS, Hungari,  
SS. Theol. Stud.

---

Lugeo, sed merito! Nam qui mihi *Patris* ad instar  
Hic fuit, heu! tristi funeremersus obit.  
Namq; *Pater* longis a me cum passibus absit,  
Explevit patrias *GOBIUS* iste vices.  
Nunc *Patre* utroq; gemens careo! *DEUS*, oro, *Patronos*  
Exciter! Interea lugeo, sed merito!

*Ad maerorem justum summumq;  
dolorem abjectus haec pos.*

THOMAS DENTULINI, Ungarus,  
Philosophiae Stud.

---

*Pacis* eras *Cultor*, mi dilectissime *GOBI*,  
*Christjanae* semper *Pacis* amator eras.  
Hinc abiturum ante Tuum mundi de valle fuere  
In primis precibus vota secunda, Tuis:  
*Patria* credo *Poli* me aeterna *Pace* beabit,  
Ut *Patria*, opto, *Soli* *Pace* beata eluat!

Mors

Mors sine Marte Tibi Pacem jam contulit *illam*,  
 Sed Patriæ Mars *banc* Morsq; cruenta negant.  
 Ergò Tu felix audis hoc nomine: Sed Nos  
 Heu infelices Sors miseranda premit.  
 Hocce bonum non invideo: hac sed valle Bonum Te  
 Esse meum ablatum corde animoque gemo.  
 Et quò non gemerem? gemitu quum soepe levâris,  
 Summaque in Exilio dona mihi dederis.  
 Ah, *dilecte DEO*, varium dispersa per orbem  
 Plebs gemit & lacrymis ora genasque rigat!  
 Exul enim non est, quem non Tua dextra levâisset,  
 Munificas, non est, quin retulisset opes.  
*Verè noster eras* ( complectar ut omnia verbò )  
*Abdias noster plenus amoris eras.*  
 Nomine quo laudes meritas super orbe reportas,  
 Aque DEO in Coelis præmia larga tenes.  
 Jam requiesce, *DEO dilecte*, & Pace cupitâ  
 In Patriâ fixâ deliciere Poli.  
 At nostri miserere, DEUS! Patrioque benignus  
 Optatæ pacis munera redde solo.  
*Tum Nos Hunniacæ* (si Velle tuum est,) *Patriæ* (quod  
 Credimus) *hinc Cæli* redde, benigne DEUS.

*Hi sunt gemitus*

JOHANNIS SIMONIDÆ,  
 miserationes DEI Wittebergæ  
 quarentis & expectantis!



Umg. VI-61

ULB Halle

3


004 113 25X



IA 70L

Umg. VI 61





34

PIOS CINERES  
BEATE DEFUNCTI,  
VIRI  
PRÆCLARISSIMI, ERUDITISSIMI, JUXTA A<sup>q</sup><sub>3</sub>  
MEDIOCRITER EXPERTI  
**DN. JOH. GOBII**  
HUNGARI,  
SS. Theologiæ primùm, deinde ve-  
rò Medicinæ Cultoris solertissimi, Inclytæ Univer-  
sitatis VVittebergensis Ministri Publici  
meritissimi &c.

h. III. 3022

Cùm is, ingravescente, quo cum  
conflictabatur, morbô, Die Calend. Novembris,  
qui omnibus Sanctis sacer est, ex hâc ærumnosâ  
valle, ad Sanctos Omnium Sanctorum Coelus, inter gemitus  
& suspiria, beatè atq; placidè: An. cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup>c LXXIX.  
emigrasset,

*Die post, 4. Novemb. honorificè sepultus:*  
decenter & piè  
prosequuntur,

**ACADEMIÆ**  
PRIMORES, PATRES, FAUTORES,  
AMICI ET POPULARES.

Wittenb. Typis Joh. Borckardi, Acad. Typog. Excud. Simon Lieberhart.

